

universaliter est verum. Nam notiones communes etiam sunt in intellectu, postquam homo adoleverit, quæ tamen & obli-  
one sepeliri non posse videntur. Nec asluntio omni caret ex-  
ceptione: siquidem prudentia cùm doctrinâ & experientiâ ac-  
quiratur, quæ ex memoriâ nascuntur & oblivioni sunt obnoxiae,  
utique & ipsa aliquo modo oblivioni tradi poterit.

§. 10.

(II.) Deinde Kekermannus negat, Prudentiam tantum esse virtutem intellectualē, sed ex parte, intellectualē, ex parte moralē esse contendit, quod videre est ex disp. illius XXI. que de Prudentiâ inscribitur, in quā sic procedit: Prudentia potest dici intellectualis ratione causa efficientis naturalis, quia, magis quodammodo pendet ab intellectu & iudicio; reliqua virtutes magie à dispositione voluntatis & affectuum. (2.) ratione subjecti; intel-  
lectus nimirūm practici, quō proximè moveret voluntas ad agen-  
dum secundum hanc virtutem. Moralē autem virtutem esse  
dicimus, tūm ratione objecti, quia versantur circa sū regans, agi-  
bilia, quæ magis sunt objecta voluntatis, quam intellectus. Tūm  
ratione finis quia perficit voluntatem & appetitum: & quia etiam  
ad bonum ordinatur, ut virum bonum efficiat. Hac ille. Unde  
liquidò cognoscimus, quod ex Prudentiâ virtutem aliquam mix-  
tam efficiat. Verūm Keckermannus errat, si Prudentiam ideo  
Moralē dicit, quod cum virtute morali idem objectum habet.  
Nulla enim est consequentia. Prudentia idem cum virtute  
morali objectum habet. E. est virtus moralis. Idem enim cum  
eadem objectum habere potest sed alio atq; aliò respectu: Sicut di-  
verse disciplina v. g. Theologia, Medicina, Physica, Ethica, Poli-  
tica circa idem objectum, nempe Hominem versari possunt, sed  
sub diverso considerandi modō, qui objectum formale constituit.  
Aliter enim Theologia, aliter Medicina, aliter Physica, aliter  
Ethica, aliter Politica hominem considerat. Quis ergo dixe-  
rit: Theologia & Medicina idem habent objectum. E. Theo-  
logia est Medicina, & vice versa &c. Eadem est Prudentia & vir-  
tutis moralis conditio. Licet enim res agenda uniuersaque obje-  
ctam sit: aliter tamen prudentia, aliter virtus moralis circa  
illam versatur, nempe prudentia rem agendam, ut est verum,